



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri  
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædidit usq[ue] in annum  
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina  
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

**Luther, Martin**

**Basileae, 1520**

**VD16 L 3411**

Epistolae Pavli Ad Galatas, Capvt Primvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34878**



# ARGVMENTVM EPI STOLAE PAVLI AD GALATAS.



ALATAE primum ab Apostolo sanam fidem, id est, in so-  
lum IESVM Christum, nō in suas aut legis iustitias, fidere  
docti; post per pseudapostolos rursum deturbati sunt, in fi-  
duciam operū legalis iustitiæ: decepti uidelicet q̄ facillime,  
magnorum & uerorum apostolorum false commendato, &  
nomine, & exemplo. Neq; enim in omni uita mortalium quic

Lapsus in su-  
perstitionē fa-  
cillimus.  
Fieri simiā &  
leuiathan.

Ceremoniæ  
licitæ, nō ne-  
cessariæ.

Credētibus  
oīa coopant  
in bonum.

Pauli sancti-  
sima superbia.

Pauli sancti-  
sima superbia.

q̄ fallacius est superstitione, hoc est, falsa & infelice imitatione sanctorū. Quo-  
rum cum opera sola, non etiam cor spectaris, in procliui est, ut simiā fias & Le-  
uiathan, id est, addimentum addas, quo ex uera religione superstitionē uel imi-  
pietatem facias. Nam, ut exemplo præsentem monstrem, Apostoli per ecclesias  
Iudæas nonnullas legum ceremonias seruabant. Sicut de Marco Philonē scri-  
psisse Hieronymus testatur. Hoc autem stulti illi, qua ratione id facerent igno-  
rantes, mox de suo addiderunt, necessaria esse ad salutem, quæ a tantis apōsto-  
lis obseruari uiderant: nec unius Pauli, qui Christum neq; uidisset, neq; audis-  
set in terra, habendam rationē. At Apostoli, ut manifestissime Act. xv. Petrus  
definierat, non ut necessaria, sed ut quæ licerent, & nihil obessent ijs, qui nō in  
ipsa, sed in Iesum Christū salutis fiduciā ponūt, seruabāt. Nā in Christū credēti-  
bus, oīa mūda, indifferētia, licita sunt, q̄cūq; uel p̄cipiunt, uel p̄hibent exter-  
nis ceremonijs, corp̄alibusq; iustitijs: nisi q̄tū sua sponte, aut pro charitate sese  
eis subijcere uelint. Ad quā intelligentiā PAVLVVS tāto æstu laborat Galatas  
reuocare, ut & PETRI & oīm Apostolorū profus nullā rationē habeat, quan-  
tū ad p̄sonā, conditionē, id est, dignitatē (& quod dicunt) qualitātē attinet. De  
niq; se ab eisdem nihil accepisse, quin cōmendatum ab eis fuisse, gloriatur san-  
ctissima quadam superbia: nihil cedens apostolorum quoq; opinionē, qua euā-  
gelicæ ueritati uidebat calumniā strui apud rudiores, longe q̄ melius ducens,  
inglorios esse, seipsum & apostolos ipsos, q̄ Christi euangeliū euacuari.

## EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS, CAPVT PRIMVM.



PAVLVS APOSTOLVS.

Quando iam græcatur totus orbis Christianus, & Era-  
smi theologicissimi annotationes omnium manibus te-  
runtur, non est necesse indicare, quid Apostolus græce  
significet, nisi ijs, quibus non Erasmus, sed ego scribo.

Apostolus enim idem quod missus significat. Et docto-  
re d. Hiero. hebræorum uocabulum est, quod silas apud  
eos sonat, cui a mittendo, nomen misso impositum est.

Ita apud Ioā. ix. Vade, laua in natatoria Silohe, quod interpretatur missus. Cu-  
ius mysterij & Esa. vii. nō ignarus dicit: Abiecit populus iste aquas Siloe, quæ  
uadunt cum silentio. Sed & Gen. xlix. Donec ueniat Silo, quod Hiero. trans-  
tulit, qui mittendus est. Ex quo loco Paulus Christū apōstolū appellare uide-  
tur, ad

Erasmus.

Apostolus.

Silas.

Christ' apo-  
stolus.



tur, ad Hebræos, id est, Silan. Meminit in Actis Lucas Silæ cuiusdam. Hæc magis consideranda sunt, quæ Apostolus uerecundum nomen est, sed mire simul augustum ac uenerabile, insignem iuxta humilitatem, & sublimitatem præ se ferens. Humilitas est, quod missus est; officium, seruitutem, obedientiam protestatus; tum ne quispiam uelut dignitatis nomine motus, in ipsum fidat aut gloriatur; sed per officij nomen, in autorem mittentem mox rapiatur, a quo iam maiestas & sublimitas missi & serui concipiatur, ut reuerenter excipiat, Non sicut nostra ætate, qua nomina Apostolatus, Episcopatus, ac reliqua, non officij, sed dignitatis ac ditionis uocabula esse cœperunt. Quos Christus Ioan. x. contrario nomine, non missos, sed uenientes, & seipsum interpretatus fures & latrones appellat; ut qui non mittentis uerbum, quo pascant, afferunt; sed suum lucrum, quo maculant oues, referunt. Quotquot (inquit) uenerunt, id est non mittebantur, fures sunt & latrones. Et ut Ap[osto]lus Rhom. x. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Quas doctrinas, o utinam nostro seculo digne appenderent Christiani populi pastores & rectores. Quis enim potest prædicare, nisi sit apostolus? Quis autem est apostolus, nisi qui uerbum dei apportat? Quis autem potest uerbum dei apportare, nisi qui deum audierit? At qui uel sua, uel humanarum legum, decretorum, aut philosophorum dogmata afferit, nunquid is dicendus est apostolus? Immo ueniens & fur, & latro, & perditor, & mactator animarum est. In Siloa lauatur cæcus, & uisum recipit. Et Siloæ aquæ salutes sunt, non aquæ fortes & superbæ regis Assyriorum.

Misit uerbum suum (nempe deus) & sic sanauit eos. Venit homo & uerbum suum & hæmorrhoidiam peius habere facit: Hoc est, ut clare dicam, quoties uerbum dei prædicatur, reddit lætas, lætas, securas conscientias in deum; quia est uerbum gratiæ, remissionis, bonum & suaue. Quoties uerbum hominis, reddit tristem, angustam, trepidam conscientiam in seipsum; quia est uerbum legis, iræ, & peccati: ostendens quid non fecerit, & quanta debeat. Proinde, non fuit ecclesia unquam infelicior ab initio sui, quam nunc est, & cotidie magis fit, tot decretis, legibus, statutis pene infinitis carnificinis excarnificata, longeque atrocius, quam tempore martyrum, a tortoribus confecta. Et ipsi perditionibus animarum, pontifices adeo nihil afficiuntur, adeo nihil compatiuntur super contritione Ioseph, ut (tanquam deo obsequium præstent) etiam addant dolorem super uulnerum dolorem.

Non ab hominibus, neque per hominem, Sed per Iesum Christum, & deum patrem: qui suscitauit eum a mortuis: & qui mecum sunt, omnes fratres.

Statim ab initio percutit oblique falsos Galatarum apostolos, quos non per Iesum Christum missos subindicat, sed uel per seipsum, uel per alios apostolos: quorum tamen doctrinam false tractabant. Id sane notandum, quod nullum uoluit Christus apostolum fieri ex hominibus, seu hominum arbitrio, sed ex sua solius uocatione. Vnde & Matthiam apostoli non ausi sunt eligere, sed de cælo per orationem impetrabant. Et Paulum ipsum de cælo uocauit, & apostolum fecit.

Maxime autem per uocem spiritus sancti, Act. xiiij. Segregate mihi (inquit) Paulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Ita Rhoma, i. gloriatur se in Euangelium dei segregatum: quo cæteris apostolis in circuncisionem missis, ipse cum Barnaba in præputium & gentes segregati sunt. Et aduerte quod Paulus, nomen Apostoli adeo officij & dignitatis asserit, ut eo uelut participio utatur, d. Apostolus non ab hominibus, quod sonat, missus non ab hominibus. Nisi hebraismum sapit oratio, ut Psal. iiii. Myrrha & gutta & casia a uerimentis tuis, a domibus eburneis.

Kk iij Quæ

In mores nostræ ætatis.

Quis ap[osto]lus?

Deus uerbo suo sanat, homo uerbo suo affigit.

Incommoda presentis ecclesiæ.

Notandum.

Apostolus.



**Consilium** Quæ omnia eo tendunt, ut videas, quanta cura Christus ecclesiã suam instituit, atq; munivit, ne temere quisquam docere præsumeret, nisi ab ipso, uel a se missis, missus sit. Sicut enim primũ & maximum ecclesiæ beneficium est, uerbum dei: Ita contra, nullo maiore detrimento ecclesia perditur, q̃ uerbo hominis, & traditionibus huius mundi. Deus solus uerax, omnis homo mendax. Deniq; in hanc gratiam, sicut olim Dauid reliquit omnes impensas, quibus Salomon ædificaret templum. Ita Christus reliquit Euangelium & scripturas alias: ut ijs, non humanis decretis ecclesia ædificaretur. Quod q̃ misere sit iam plus trecentis annis neglectum, immo peruersum, satis ostendit facies hodierna omnium rerum ecclesiæ.

**Inuentiuncu  
His humanis  
ecclesia perdit**

**Apostorũ qua/  
tuor genera.** Quatuor apostolorum genera, dicit Hierony. ex hoc loco colligit. Primum, quod neq; ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christũ & deum patrem, ut propheta olim & omnes apostoli.

Alterum, quod a deo quidem, sed per hominẽ, ut discipuli apostolorum, & qui in finem mundi legitime succedunt apostolis: ut episcopi & sacerdotes. Et hoc genus sine primo non potest consistere, a quo habet exordium.

Tertiũ, quod ab homine seu hominibus, non a deo: ut cũ fauore & studio hominũ aliquis ordinatur, ut nũc uidemus plurimos, nõ dei iudicio, sed redẽpto uulgi fauore, in sacerdotiũ subrogari. Sic Hiero. Si hoc Hiero. t̃pibus malũ iã tum inualecebat, quid mirũ, si hodie triũphet & regnet? Nam huius generis esse oportet omnes, qui seip̃os offerunt ad episcopatus & sacerdotia, antequam uocentur: animalia scilicet uentris & gloriæ. Ideoq; quantũ ex ijs ecclesia cõmõdi habeat, satis uidemus.

**In inuocatos  
operarios.**

**Cauendum:**

**In quorundã  
religiosorum  
querimoniã.**

Quartũ genus, quod neq; a deo, neq; ab hominibus, neq; per hominẽ, sed a semetip̃so, ut pseudopropheta & pseudapostoli, de quibus Paulus: Istiusmodi pseudapostoli, operarij iniquitatis, transfigurantes se in apostolos Christi. Et dñs Ioan. x. Quotquot uenerunt, fures fuerunt & latrones. Hiere. xxiiij. Nõ mittebã prophetas, & ipsi currebãt, nõ loquebar, ad eos & ipsi p̃phetabãt. Ab hoc malo summe cauendũ est. Nam hinc Christus nec dæmonia sinebat loqui & si uerũ dicebant: ne prætextu ueritatis, intret mendaciũ mortis: quãdo non potest loqui, qui ex seip̃so loquitur, nisi mēdaciũ, ut Christus ait. Vnde Ioan. viij. Ne apostoli ex seip̃s loquerentur, dedit eis spiritũ suum, de quo dicit: Non uos estis qui loquimini, sed sp̃s patris uestri, qui loquitur in uobis. Et rursus. Ego dabo uobis os & sapientiã &c. Non possum hic (& si leuiculũ est) transire multorũ præsertim religiosorũ & sacerdotũ fatuam querelã, satis tamẽ acrentationẽ: qua queruntur, sese talentũ domini habere, ideoq; necessitate euangelici præcepti sese urgeri ad docendũ. Itaq; nisi doceant, stultissima conscientia credunt, sese pecuniã domini sui abscondere, & reos esse damnationis. Diabolus hæc facit, ut instabiles eos reddat in uocatione sua, in quã uocati sunt. O bone frater, uno uerbo Christus te liberat ab hac querela. Vide euangelicũ, quod dicit sic. Vocatis seruis, tradidit illis bona sua. Vocatis inquit, quis autẽ te uocauit? Expecta uocantem, interim esto securus. Immo si esses sapientior ipso Salomone & Daniele, tamen nisi uoceris, plusquam infernum fuge, ne uerbum effundas. Si tuiegerit, uocabit te. Si non uocabit, non te rumpet scientia tua. Deniq; neq; est uera, sed uidetur tibi scientia: & stultissime finis tibi fructum quem possis facere. Nemo fructificat uerbo, nisi qui sine suo uoto uocatur ad docendum. Vnus est enim Magister noster Iesus Christus, Hic solus docet, & fructum facit per uocatos seruos suos. Qui autem non uocatus

uocatus



uocatis docet, non sine damno & suo auditorū docet, q̄ Christus nō sit eū eo.

Quod ergo Apostolus se non ab hominibus missum dicit, pseudapostolis se opponit. Quod non per hominem, ipsis fidelibus, qui ab apostolis missi fuerant, opponit. Ideo cōtra tria genera apostolorū tali exordio utitur. Et testatur Hiero, quod ex Iudæis quidam in Christum credentes, in Galatiam perrexerunt, & docuerunt, quod & Petrus, & Iacobus, & Ioannes legem seruarēt: ut magis infra uidebitur. Quod autem resurrectionem Christi interserit, uidet̄ ociosum. Verū solet Apostolus libēter resurrectionē Christi cōmemorare, potissimū contra eos, qui in iustitiam propriā confidunt. Sic & in Rho, salutatione eiusdē & copiosius meminit, quod & ibidem fortiter contra iustitiam operum disputat. Qui enim tales sunt, necesse est, ut resurrectionē Christi negent immo irrideant. Nam Rhoma. iij. Christus (inquit) mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram. Ideo qui alia uia præsumit iustus esse, q̄ credēdo in Christum, hic Christum a se reijcit, & ociosam eius passionem & resurrectionem ducit. Qui enim in Christū morientem credit, simul & ipse moritur peccato cū Christo. Et qui credit in resurgentem & uiuentē, eadem fide & ipse resurgit, & uiuit in Christo, & Christus in eo. Ideo resurrectio Christi est iustitia, uitaq; nostra: non tantū exemplo, sed & uirtute.

Sine resurrectione Christi nemo resurgit, quātūlibet operetur bona. Rursum, per resurrectionē quislibet resurgit, quātūlibet operatus sit mala, ut hæc latius ad Rhoma. Forte etiam ideo memnisse solet in salutatione resurrectionis, quod spiritus sanctus datus est per resurrectionē Christi, quo spiritu distributa sunt dona apostolatus, & alia, j. Corinth. xij. Ut sic se apostolum asserat autoritate diuina, per spiritum resurrectionis Iesu Christi. Et qui mecum sunt omnes fratres, omnes fratres inquit. Quo uidetur occurere eisdem pseudapostolis, qui (ut Hierony. ait) ipsum quoq; Paulū aliter apud alios sapere dicebāt q̄ Galatas docuisset. Deinde, q̄ ad populum corrigendū plurimū ualeat, multorū de eadē re sententia atq; consensus.

## ECCLESIIIS GALATIAE.

In alijs epistolis ad unius urbis scribit ecclesiā, in hac ad multarum, ac totius prouinciæ scribit ecclesias. Et eximie notandū, quod beatus Hiero, hic pulchre obseruat: scilicet ecclesias uocari, quas tamen Apostolus arguit errore deprauatas. Ex quo noscendū est, inquit, ecclesiam dupliciter posse dici. Et eam quæ nō habet maculā, neq; rugā, & uere corpus Christi sit. Et eam, quæ in Christi nomine, absq; plenīs perfectisq; uirtutibus congregetur. Quo modo sapientes bifariam nuncupātur, tam ij, qui sunt plenæ perfectæq; uirtutis: q̄ illi, qui incipiunt, & in profectu positi sunt. De perfectis dicitur: Mittā ad uos sapientes. De incipientibus: Argue sapientē, & diliget te. Iuxta hunc sensum, de ceteris quoq; uirtutibus intelligendū, quod scilicet fortis & prudens, castus, iustus tēperans, interdū plene, interdū abusu accipiunt. Verum hæc de perfectione sane intelligenda sunt. Nam nullus ita pfectus in hac uita est, ne apostolus quidē, quin p̄ficiēdus sit magis: immo ut Sapiens dicit: Homo cū consummauerit, tūc incipiet. Ad aliorū itaq; cōparationē, alios perfectos dixeris, alioq; n̄ & ipsi cotidie incipiūt, atq; proficiūt. Proinde melius b. Aug. ecclesiā sine macula & ruga in futuram uitam differt, quæ nō amplius dicat: Dimitte nobis de/biā nostra. At tamen recte hæc Hiero, & Orige. sententia est, quod contra hæreticos bene pugnat ex apostolo. Qui mox nomine Babylonis criminantur ecclesiā

Vna causa,  
cur de resur-  
rectiōe inter-  
serit.

Alterā causa

Duplex eccle-  
sia.

Sapientes bifar-  
riā dicuntur.

Consilium.

Augustinus  
de ecclesia.

Sentētia Hie-  
rony. recta.



ecclesia, quæ mixtim malos habet; ut sibi solis, uelut sanctis, ecclesie nomē ar-  
rogent. Quin si mali sunt in aliqua ecclesia, certe accurrendū est, & exemplo  
isto Pauli clamandū, exhortandū, obsecrandū, orandū, terrendū, & omnia ten-  
tanda, ut boni fiant. Non autē sacrilego illo dei timore (ut dicūt) & impio con-  
scientiæ studio, discedendū, & schisma faciendū, Quæ est ista charitas, quæ ma-  
los neq; ferre neq; iurare statuit; furor est, nomine charitatis ineptissime se ue-  
stiens. Quid hic respondebunt? Apostolus ecclesias appellat, quæ nō morum  
(nam hi soli offendunt, superbos & hæreticos faciunt) sed fidei errore labora-  
bant; ac tota substantia, unde possent ecclesie uocari, peribat.

Gratia uobis & pax, a deo patre, & domino nostro Iesu Christo.

**Gratia dei** Discernit Apostolus hanc gratiā & pacem ab ea, quā mūdus uel ipse homo  
**Pax dei** sibi dare potest. Gratia enim dei patris, & domini nostri Iesu Christi, aufert  
peccata: cū sit spiritualis & occulta. Sic pax dei serenat, quietat, ac lætificat cor  
hominis coram deo in absconditis. Et, ut alibi dictum est, Gratia culpam, pax  
pœnā aufert. Ut sic iusticia & pax osculentur & conueniant. Verum quando  
hæc fiunt, mox amittit gratia & pax hominū, mundi, carnis; id est, sui ipsius &  
diaboli; concitat autem ira & turbatio omniū. Nam qui in gratia dei est, ope-  
ratur quæ deo placet; ideo mox displicet diabolo, mundo, & carni suæ. Et dum  
deo iustus est, carni & mūdo peccator est. Et ita oritur bellum. Bellum foris,  
pax intus. Intus in quā, nō sensibiliter, & experimētali suauitate, saltem semp;  
sed inuisibiliter & per fidem. Nam pax dei exuperat omnē sensum; id est, incō-

**Gratia mūdi**

prehensibilis est, nisi fide. Sic contra quin in gratia mūdi est, & sua ipsius, &  
placet sibi; statim peccat corā deo, & iram incurrit. Qui enim, ait Iacobus, ami-  
cus huius mūdi esse uoluerit, inimicus dei constituitur. Ideo sequit & hic mox  
bellum. Bellum intus cū deo; pax foris cū mundo; quia nō est pax impijs dicit  
dñs. Et tamen Psal. lxxij. Pacē peccatorū uidet, & Psal. xxxvj. prosperat pētōr  
in uijs suis. Ideo & istud bellū est absconditū, & insensibiliter, saltē aliqñ habet.  
Quare in quadā bilibri sese cōponderāt ista quatuor. Gratia dei, & indignatio  
mūdi; Pax dei & turbatio mūdi; Gratia mūdi, & indignatio dei; Pax mūdi, & tur-  
batio dei. Sic Christ⁹ Ioā. xvj. In mūdo pressurā habebitis, in me uero pacē, sed  
cōfidite. Ego uici mundū. Et infra Paulus, Si adhuc hoibus placere, Christi  
seruus nō essem, id est, nō placerē. Quare hac salutatione summā statuit do-  
ctrinæ suæ, quod uidelicet, nemo iustus esse potest, nisi per gratiā dei, nequaquā  
per opera. Et conscientie turbatio nō quietat, nisi p pacē dei; nō ergo p opa  
cuiuscūq; uirtutis aut satisfactionis. Quid est autē, quod nō suffecit aposto-

**Nemo iustus**  
nisi p gratiā  
dei, nō p ope-  
ra uirtutis.

**Duplex re-**  
**gnum**  
**Regnū gra-**  
**tia:**

**Regnum**  
**gloria:**

lo dicere: A deo patre nostro, nisi adderet, & dño nostro Iesu Christo? Hoc di-  
citur ad differentiā regni gratiæ, & regni gloriæ. Regnū gratiæ, est regnum  
fidei, in quo Christus, ut homo regnat, cōstitutus a deo patre sup omnia; iuxta  
Psal. viij. In quo a deo accepit dona in homines, ut Psal. lxvij. dicit. Et hoc usq;  
ad iudiciū nouissimū. Tunc enim, ut. j. Corinth. xv. apostolus docet, tradet rei-  
gnū deo & patri, & erit deus omnia in omnibus, cū euacuauerit omnē principā-  
tum & potestātē. Hoc est regnū gloriæ, in quo deus ipse per se, nō amplius  
per humanitatē regnabit in fidem. Non quod aliud & aliud sit regnū, sed aliter  
& aliter. Nunc in fide & enigmate, per humanitatē Christi; tunc in specie &  
reuelatione diuinæ naturæ. Inde apostoli fere appellant Christū dominum,  
patrem uero deum; cum sit idem deus uterq; sed, ut dixi, propter regni differē-  
tiam, quod sumus nos, qui in fide purgamur, in specie autem salui erimus.

Qui



Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris: ut eriperet nos de presentia seculo nequam secundum uoluntatem dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum: Amen.

Singula hæc epitalin & emphasin quoque habet, quibus iam omnino asserit, legem & arbitrium humanum prorsus nihil esse, nisi Christus credat traditus pro peccatis nostris. Qui dedit, inquit, tanquam immeritis donum gratuitum, non reddidit tanquam dignis præmiu. Sicut Rho. v. Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo, per mortem filij sui. Dedit autem non aurum, non argentum, sed neque hominem, neque omnes angelos: immo semetipsum, quo maius nihil est, neque habet. Dedit inquam, tam inestimabile præcium, pro peccatis nostris, pro tam despecta, odioque dignissima re. O dignatio & charitas dei in nos, quam eximiam & obseruatim apte uerbis commendat, & dulcissimam nobis reddit misericordiam dei patris.

Ubi sunt nunc superbi iactatores liberi arbitrij: ubi eruditio moralis philosophiæ: ubi legum tam sacrarum quam prophanarum uirtus: Si tanta sunt peccata nostra, ut non nisi dato tanto pretio, potuerint tolli, Quid facimus dum arbitrio, legibus, ac doctrinis nos iustos facere conamur, nisi quod peccata nostra tegimus, falsa iustitiæ seu uirtutis specie, ac hypocritas incurabiles facimus: Quid prodest uirtus, si peccata manent: Desperandum itaque est de his omnibus: & ubi non fides Christi docetur, omnem uirtutem non aliter habeamus, quam uelamen nequitiae, & operculum omnis spurcitiæ, sicut pharisæos Christus describit, Nihil ergo sunt gentium uirtutes, nisi fallaciæ: nisi ociose Christum pro peccatis nostris traditum contendas, ut quod nostris uiribus potuimus, tanto impendio frustra sibi uoluerit constare. Verum id pronomen, nostris, ne contemptim prætereas, Nihil enim tibi profuerit credere, Christum esse pro peccatis sanctorum aliorum traditum, pro tuis autem dubitare. Nam hoc & impij & demones credunt. Verum constanti fiducia præsumendum est tibi, quod & pro tuis, ut unus sis illorum, pro quorum peccatis, ipse traditus est. Hæc fides te iustificat, Christum in te habitare, uiuere & regnare faciet. Hæc est testimonium spiritus, quod reddit spiritui nostro, quod simus filij dei. Quare facile senties, si aduertas, hunc affectum ex tuis uiribus in te non esse. Impetradus ergo per humile, & in seipso desperatum spiritum. Fabulae ergo sunt opinatores scholasticorum hominem esse incertum, in statu salutis sit, nec ne. Caue tamen ne aliquando sis incertus, sed certus, quod in teipso perditus, laborandum autem, ut certus & solidus sis in fide Christi, pro peccatis tuis traditi, Quomodo potest fieri, ut hæc fidem si sit in te, non sentias: cum b. Aug. asserat, eam certissime uideri ab eo, qui habet. Nunc uide, Paulus non ait, pro peccatis uestris, sed nostris, certum enim erat. Ita & illud: Eriperet nos, non ait uos. Quo iterum fulmine uerbi contundit presumptionem arbitrij, legis, & operum iustitiæ nostræ. Non inquit, ista eripiunt nos, sed Christus traditus, si modo credas te eripi. Ista autem ereptio spiritualis est, non corporalis hæc sit, quam anima moritur & crucifigit mundo, id est, concupiscentijs, quæ sunt in carne omnium hominum. Quod ad Titum. ij. latius explicans, dicit: Abnegates impietatem & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. In quo loco utrumque expressit, scilicet uitam in hoc seculo (quod seculum non sit malum) & secularia desideria: quia in seculo isto abundant mala desideria. Unde & hic addit, de presenti seculo nequam. Alioquin si seculum nequam, ipsum cursum temporis uellet intelligi, iam de hac uita rapiendos doceret omnes, quotquot credunt in Christum. Sicut & j. Corinth. v. seipsum non id uoluisse explicans

Donum dei

Mira charitas dei.

In iactatores liberi arbitrij

Virtus moralis sine fide uelamens est nequitia.

Prænomine nostris: Quomodo credendum,

In fabulas scholasticas

Ereptio spiritualis.



explicans, dicit: Alioquin debueratis de hoc mundo exisse, q. d. nō id uolui, ut deberetis e uita fugere, sed a uitijs & cōcupiscētijs, quæ sunt in mundo. Vt & .ij. Petri, fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

**Hieronymus.**

Tropum autē huius locutionis beatus Hieronymus pulchre & late explicat, dicens: Sicut infamantur saltus, cum latrocinijs pleni sunt. Detestamur & gladium, quo humanus effusus est cruor; & calicem, quo uenenum temperatum est: non calicis gladijque peccato, sed quod odiū mereantur illi, qui ijs male usi sunt. Ita seculum, quod est spacium temporū, nō per semetipsum bonū aut malum est; sed per eos, qui in ipso sunt aut bonū aut malū appellatur. Idem beatus Augustinus.

**Augustinus.**

Omnis hō mendax.

Malum seculū intelligit malos homines in seculo. Hæc tamen omnia sic accipe, ut & te partem huius mali agnoscās. Nam omnis homo mendax, & nō est iustus in terra. Psal. xiiij. ne superbia super ceteros nimis eleueris. Ideo quando Christus te eripit a seculo, neque certe a teipso, ut omnium tibi pessimo hoste te eripit, sicut Paulus Rhō. viij. Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Igitur non tuis uiribus seculū nequā & uitia tua uincēs. Frustra sunt opera, nisi Christus te eripiat solus. Quare caue, ne leuitia, uigilia, studia, temperantia, sobrietas, aliæque uirtutes, te hypocritā irreparabilē faciant. Secundū uoluntatē suam; hoc est, quod nos eripimur; non contentis est uirtutis nostræ, sed miserentis uoluntatis dei. Sicut ait Psal. i. Benigne fac domine, in bona uoluntate tua Sion. Et Lucæ. ij. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, nō suæ, sed dei; Vt in græco Eudocia, sicut enim uiri misericordiæ, & uasa misericordiæ dicuntur, quod nō suo merito, sed dei misericordia suscipiunt; Ita homines bonæ uoluntatis, quod non suis uiribus, sed diuinæ uoluntatis beneplacito saluentur. Vt stet gloria soli deo in secula seculorū, Amen; ut hic apostolus dixit. Nam si quid nos possumus, certe nō hoc in gloriam dei, sed in nostrā referri debet. Sed absit, ut puluis & is qui nihil est, laudē & gloriā habeat. Vide ergo quāto impetu sola saluatione percussit Galatas, & eorū magistrōs, apertissimo exordio pro huius epistolæ argumento.

**Frustra sunt opera hominum, nisi si Christus adsit.**

**NOTA.**

Miror, quod tam cito transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium Christi.

**Sententia Lutherij**

D. Hiero. hyperbaton hic esse dicit. Et in hunc modū ordinat. Miror, quod tam cito transferimini a Christo Iesu, qui uocauit uos in gratiam. Gracis, pro Christi, habetur dei, & potest tum in genitiuo, tum in ablatiuo latine reddi, ut Erasmus indicat. Item, Quod non est aliud, intelligit, quod sit nihil aut nullum; ubi, si meo liceret sensu diuinare, crederem Apostolū uelle, nō esse aliud euangeliū, quod prædicarat ipse; & mutata coniunctione, nisi, in sed, clarior fieret sensus; ut sit iste textus, me temerante; Miror, quod tam cito transferimini a deo (qui uocauit uos per gratiā) in aliud euangeliū, cum nō sit aliud euangelium. Sed sunt quidam, qui uos conturbant, & uolunt subuere euangeliū Christi. Quod si cū hyperbato placet legere, nec inepte legetur, ab eo, qui uos uocauit per gratiā dei, uel deo. Vehemens est sententia Pauli, & tamen modestissima. Mirari se dicit, cum indignari & ardere penitus sese infra ostendat. Sed suauiter, non pro impetu concepto inuadens. Vtiq; bēno exemplo omnibus rectoribus ecclesiasticis, præsertim in fulmina promptis, etiā pro re nihili. Non errare, nō peccare eos dicit, sed peiore malo, prorsus translatos extra euāgelium, alienatos a deo esse. Nam mitius est, si arbor maneat, fractis aliquot ramis,

**Vehemens sententia, sed modesta.**



ramis, aut alio incōmodo læsa, q̄ si penitus transferatur emulsa, de loco suo in locū ubi necesse sit eam arefcere & sterilefcere. Adeo terribile est, iustitiam suā querere, & in legis ac arbitrij opera fidere. Nā hoc est Christum abnegare, gratiā & ueritatem absq̄ere, & (ut infra docebit) seipsum in idolū statuere. De quo Iob. xxxj. Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cōtra deum altissimum. Osculari enim manum ore proprio (ut S. patres sapiunt) est sua opera laudare, in sua iustitia fidere. Atq̄ hac iniquitate fit, ut non in deo gloriemur, sed in nobis ipsis, & gloriam deo subtrahamus. Quod ut tium cultoribus Baal tribuitur. iij. Regum. xix. Qui non incuruauerunt, inquit genua sua ante Baal: & omne os, quod non adorauit eum, osculās manum. Et Esa. ij. opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt dīgiti eorum. Contra, Psal. ij. dicitur, osculamini filium: ut est hebraice, pro apprehēdite disciplinā: id est, in Christum pura fide credite, & hunc colite. Fdes enim debetur ueritati, quæ nulla est, nisi solus deus. Ideo fides est uerissima & interior latrā. Hinc illud intelligimus, quod ex b. Augu. duplex malum asseritur contra fidem, & cōtra bonos mores. Malum fidei, in optimis moribus facit hæreticos, superbos, schismaticos, quos scriptura proprie impios, heb. resthaim uocat. Mali mores peccatores faciunt salua fide, saltem aliorum: hoc est, non impugnant fidem, & si eam sciunt se nō habere & debere: ideo sunt facile curabiles. Malum autem fidei, mox etiam criminatur & persequitur fidem aliorum ut suam statuatur.

Idolū se face/  
re.

Osculari ma/  
num.

Malum fidei.  
Mali mores.

Hoc uerbū, conuerrere, diuus Hiero. notat: quia ex græco metastrepse, significat id quod in facie est, post tergum facere: & quod post tergum est, in faciem ponere. Est enim infinitiuus futurus. Vult itaq̄ Paulus: Euangelium, quod est spiritus & gratiæ doctrina, conantur illi retrorsum in literā, iam diu post tergū relictam reuocatum iri: cum per Euāgelium id effectum sit, ut in spiritum libertatis magis ac magis proficeretur. Volunt inquam sed non poterunt preuolare. Et hodie sane Euangelium subuersum est in magna parte ecclesiæ. Quādo non, nisi decreta Pontificum, & traditiōes hominum auersantium ueritatē, populus erudiunt. Aut euāgelii sic tractatur, ut a legibus & moralibus p̄ceptis prorsus nihil distet. Fidei & gratiæ cognitio ipsis quoq̄ Theologis contēpta.

metastrepse

Subuersum  
euangelium

Putat & d. Hiero. uerbum, Transferimini, congrue ad Galatas aptatū, quod Galatia hebræis trāslatiōem significet: quasi Apostolus ex eorum proprio nomine occasiōem huius exordij sumpserit. ac si diceret. Vere Galatæ estis, & trāsferrī prompti, res congruit cū nomine uestro, allusione scilicet hebraicæ linguæ. Nec sunt inuicendæ eiusmodi peregrinarum linguarū allusiones, si suo loco tēniāt. Ut si de Rhoma diceret, uere tu Rhoma es, hebraice quod est, superba & excelsa. Quid enim & ad Rhomanos apostolus aliud facit, q̄ quod superbiam & arrogantiam eorum contundit: uelut re ipsa, allusionem nominis Rhomani tractans.

Allusiōes lin/  
guarum.

Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangeliset uobis, præterquam quod euangelisauimus uobis, anathema sit: sicut prædiximus. & nūc iterum dico: Si quis uobis euangelisauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit.

Anathema græcum, teste Hiero. proprie Iudæorum uerbum est, quod apud eos horma dicit. Iosue. vj. Sitq̄ hæc ciuitas Anathema, & omnia quæ in eo sunt heb. herem, & sonat uastitatem, perditionem, occisionem. Inde cum sit uerbum

Anathema

LI male



maledictionis, pro maledictione, & execratione, & detestatione accipitur. Sic Psal. xlj. Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij a monte modico. Vbi anima turbata peccatis suis, memoria Christi pro se crucifixi, & anathema facti sese cōsolatur. Nā & ros hermon, qui Psal. c. xxix, scribitur descendere in montem Zion, utiq; uerbum est, de crucifixo filio dei. Latini autem dicerēt; Anathematizatus, uel si de uerbo, anathematizatus sit. Hebraeis frequens est usus abstractorū. An autē anathema græcum (quod ea significat, quæ in templis suspēduntur & seponuntur) uim hebræi uerbi impleat, uiderint grammatici. Nobis sat est, quod apostolus zelo euangelij feruens, potius seipsum, & angelos cœlestes, nedū apostolos uellet alienos, deuotos, execratos, separatos, & maledictos q̄ ut ueritas euangelica periclitaretur. Atq; id repetito ingeminat. Non qd angelos cœlestes, aut seipsum aut Apostolos aliud p̄dicaturos crederet, sed quod uelut cum impetu opprimi, & (ut ad Titum scribit) os illis obstrui, & penitus ac radicatus præcidi oportebat, qui nomine & exemplo Apostolorum, legē docebant: ac si diceret; Apostolorū factatis mihi nomen & autoritatē: fingite amplius, quod & ego & angeli de cœlo aliud doceant, aut docere possint, hos etiā anathema esse uolo, quanto minus Apostolorū titulo uos terreri oportet.

*Cōtra inexorabiles & uiolētos pontificaliū decretorū exactores.*  
*Hæreticus.*

Vtinam & nostro seculo tales essent Christi tubæ aduersus inexorabiles & uiolētos decretorum & decretaliū pontificaliū exactores: qui sub nomine apostolorū Petri & Pauli, Rhomanæq; ecclesiæ, eo nos urgēt: ut nisi necessaria ad salutem credamus, quæcūq; ibi dicuntur, scribuntur, aliquando & somniantur, hæreticos audeant impudentissima fronte pronuciare. Cū hæreticus non sit, nisi si qui in uerbū fidei peccat. Illa autem hominū uerba, adeo sunt moralia, & sine fide, ut fidei nullo posset beneficio magis seruire, q̄ si semel funditus, penitusq; abrogant. Quid putas fecisset Paulus, si nostro tempore tot inuites, imo perniciosas leges hominū uidisset, in totū orbē sauire, & Christum radicatus extinguere, qui tanto est uertur in leges dei per Mosen traditas: & uno tantum loco apud Galatas Christum pessundantes? Igitur cū Paulo fidentes dicamus: pereat, maledictaq; sit omnis doctrina de cœlo, de terra, undelibet allata: quæ docet in opera, in iustitiam, in merita alia cōfidere, q̄ ea quæ sunt Iesu Christi. Nec in hoc contumaces sumus in pontifices, apostolorūq; successores, sed p̄n atq; ueraces in Christū. Hunc em̄ eis p̄ferri oportet: & si id pati nolint, ipsos penitus, ut anathemata fugere.

Modo enim hominibus suadeo, an deo?

Huius quæstionis partē priorē affirmant, & posteriorem negatiuā intelligūt qui latine tantū Apostolū, uel interpretē potius, legūt: ut quia nemo suadeat deo: cui sunt omnia manifesta: reliquū iam sit, ut hominibus suadeat.

*Suadere.*

Est autē Suadere hoc loco, pro inducere ad credulitatē, ut Act. ult. Stadēsq; eis de Iesu ex lege Mosi, & p̄phetis, quod nemo ad fidē possit ui cōpelli, sed tantūmodo trahi & iduci, ut Ioan. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater me⁹ traxerit eū.

*In nostrum seculum.*

Nostro tñ seculo Turcas, imo & Christianos cogit Rho. Curia ad fidē, i. ad odiū & perniciē sui. Quanq; aut hunc sensum & Hiero. & Aug. & Amb. habeant, placet tamen magis Erasmi sententiā, qui id quod in græco accusandi casu homines suadeo, an deū, interpretat, modo humana suadeo, an diuina? hoc est doctrina, quam ego doceo, non ex hominib⁹, sed ex deo est, ut latius statim ipse explicabit, quando euangeliū suū, neq; secundū hominem, nec ex homine esse dicet. Est autē iste tropus, non rarus etiā in latina lingua, Virgiliū lego, Hieronymū enarro, Et. j. Co. j. Nos p̄dicam⁹ Christū dei uirtutē & c. Metonymia itaq;

*Tropus metonymia.*



nia itaq; est. Ad hūc sensum apte quadrant præcedētia, ac si dicat: Cur nō optē anathema esse eos, qui alia docent: Nunquid humana, ac non potius diuina doceo, quibus omnia cœlestia & terrestria merito sileant & cedant: ac maledictione dignum est, quod diuinis aduersatur. Potest autē & nostra translatio huc dū Alius sensus ci, si uerbum Suadeo absolutum sit a regimine, ut quo modo Rhoma. xiiij. Qui manducat, domino manducat: ita hic sit sensus, quod suadeo seu suator sum, nō hoc hominibus, aut ad gloriā uel gratiā hominum facio, sed deo, & in dei gloriā, hoc officio seruo. Et huic sensui non inepte adhæret, quod sequitur: Si ad huc hominibus placerem &c. quasi neget se hominibus placuisse suadendo, sed soli deo. Et hoc aduerbium modo, totum apostolatus sui tempus, non Modo. autem huius epistolæ scripturæ significat. Quia reuera in hac epistola, non ex integro gratiam Christi docet, sed ad eam reuocat lapsos, & iam scientes confirmat. Vnde & allegoricos infra loquetur, quod ad instituendos nos pertinet: quib; linguæ sunt in signū: ut. j. Corinth. xiiij. dicit, ut sit sensus: Maledicti sint, qui aliud docent: quia postquā conuersus sum a legum traditionibus, iam non amplius humana doceo, sed diuina. Et diligenter quæso serua tibi, quod humana appellare audet, legem Mosi, quæ tamen per angelos tradita est: de quo infra latius.

An quæro hominibus placere: si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem.

Hoc ideo dicit, quia pseudapostoli etiam hac ratione docebant legales iustitias, ne propter euangeliū paterentur persecutiones a iudaïs: qui pro lege Mosi aduersus uerbum crucis, insaniebant in omnes homines. ut. j. Thessalo. ij. scribit: quod & infra. vj. ca. dicit. Quicumque uolunt placere in carne, hi cogūt uos circumcidī, tantū ut crucis Christi persecutionē non patiant. Ideo Paulus cōtra hanc pusillanimitatē spiritus erectus, docet amore Christi cōtēnendos esse hoīes, & nō omittendū uerbū quo illis placeat. Hominibus hoc loco per emphasin accipitur, ut qui tantū sunt homines iuxta primā natiuitatē ex Adam extra Christi NOTA sū & fidē eius. Hos em̄, cū sint a ueritate alieni, necesse est, mēdacio & odio ueritatis plenos esse. Ita oīs homo mendax. Sic. j. Corin. iij. Nōne hoīes estis? Et usu scripturæ ferme opprobrium est, hominem dici. Nō enim secundum substantiam, metaphysice (sic enim theologi nihil non laudis in homine uident) sed theologicē, & ut in oculis dei est, eum nominat. Contra iusti non uocantur fere homines, sed dij. Psal. lxxxj. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Ideo, ut Psal. ij. uere dicit. Deus dissipauit ossa eorū Hominibus placētes, deo dissipat. qui hominibus placent, confusi sunt: quoniam deus spreuit eos, Quare? quia deum & uerbum suum negant amore hominum, dum persecutionem timent.

Ita contra, Custodit dominus omnia ossa eorum, quorum? iustorū. Qui sunt ij: qui hominibus displicent, honorati sunt, quoniam deus susceptor eorum est. Et Lu. xvj. Quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Cum autē nos quoq; simus homines, necesse est & nobis displiceamus: iuxta uerbū Christi. Qui amat animam suam, perdet eā. Videant ergo illi, qui ex arbore In philosophicos theologos. Purphiriana, & Aristotelis, aliorumq; philosophorū doctrinis didicerunt, hominē rationalem laudare, iactare, ac amare: deinde in sua dictamina confidere, sua consilia iustificare: & recte ad scripturæ ueritatem sapiant. Quæ omnia humana, mendacio, uanitati, & perditioni deputat. Ideoq; lugendum docet, quoties nos homines, rationales, liberi arbitrij, omnium deniq; operū nostrorū titulis lau

Ll ij dari



**Placere,** dari contingit: Quando seruum Christi, id est ueritatis esse non posse pronun-  
 ciet Paulus, qui sibi uel hominibus placeat. Verbum autem placere, hic in spi-  
 ritu intelligitur: hoc est, pro uoluntate placēdi. Quandoquidem non in nobis  
 est, quibus placeamus uel displiceamus; quod satis ipsemet apostolus hic expli-  
 cat, cum prius dixisset: An quæro placere. mox non ait; Si adhuc quærerem pla-  
 cere, sed si adhuc placerem. Ita & j. Corinthi. iij. Placete omnibus per omnia, si-  
 cut & ego omnibus per omnia placeo. Quomodo omnibus places? sequitur  
 Non quæres quod mihi utile sit, sed quod multis, ecce placere est quærerere, ut pla-  
 ceat omnibus, etiam si forte nulli aut paucissimis placeat. Canonicum est em̄  
 Christo & suis, ut dum quærunnt placere, & ea faciunt, unde debeant placere, dis-  
 pliceant. Iuxta illud; Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. Et rursum: Odio  
 habuerunt me gratis. Item: Impugnabant me gratis; id est, cum esset in me cau-  
 sa amoris. Ideo exemplo Christi perdēda sunt beneficia, ut quæramus, quo pla-  
 ceamus omnibus, nullo modo quæramus, quo placeam⁹; Sed ut Rho. xv. Vnus  
 quisq; alteri placeat, in bonum (inquit) ad ædificationem. Vtiq; non ad eorum  
 desyderia & uanitates &c.

**Perdenda be-  
 neficia.**

Notum em̄ uobis facio fratres Euangeliū, quod euangelisatum est  
 a me, quia non est secundum hominem: neq; enim ego ab homine acce-  
 pi illud, neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi.

**Accipere &  
 discere discer-  
 nuntur.**

Hic ostendit quod iuste illos anathematizauerit: longo tractu, multisq; argu-  
 mententis declarans, quod nō humana, sed diuina docuerit. Primū, inquit ut  
 euangeliū meū diuinū esse sciatis: ego non ab homine accepi, neq; ipsemet didi-  
 ci, sed per reuelationē Iesu Christi. Hic inter Accipere & Discere b. Hierony.  
 sic distinguit. Quod accipit cui primum intimatur, & ad fidem eius inducitur.  
 Discit autē, qui ea, quæ in illo figurata sunt, explanata cognoscit. Hoc sic intel-  
 ligo. Accipit qui incipit, discit qui proficit in euāgelij notitia. Quid si Aposto-  
 lus id uelit, quod uerbum accepi, copuletur cū nomine isto, ab homine, & uer-  
 bum didicit absolute ponatur, adhuc scilicet sensum: Neq; ab homine, aut ulli  
 us magisterio, illud accepi; neq; mihi traditum est a quoquā, sed neq; a me ipso  
 didici, nō meo studio inueni, nec quæsiui: a deo sola reuelatione Christi ipsūm  
 accepi; & ipso docente, didici: scilicet in itinere, quando ad Damascū profectus,  
 Christi uocem audiuit, ut b. Hierony. sentit. Notat hic idem d. Hiero. Christū  
 a Paulo deū p̄dicari: quia non ab homine, sed per Christū; ergo Christus plusq;  
 homo. Item saluberrime admonet, q̄ grāde sit periculū in ecclesia, loqui sine  
 reuelatione Christi. Ne peruersa interpretatione, ex euangelio Christi, euange-  
 liū hominis fiat, ut nunc passim fit, ubi scripturas uel humanis opinionibus, ac-  
 ceptis, uel proprio magisterio inuentis glossis contaminant.

**Hiero. admo-  
 nitio, de mo-  
 do tractandi  
 euangelij.**

**Homo,**

Hominem autem hoc loco, non tantum pro malis, sed & pro ipsis apostolis  
 accipit, ut statim dicet, se non ab eis eruditum, neq; cum eis contulisse, mox post  
 reuelationem. Quod ideo facit, ut corroboret quæ supra dixit: scilicet, etiam  
 si apostoli, aut ipsemet aliud doceret (cum sint homines) non tamen deser-  
 endum esse, quod semel docuisset; quando hoc nec ex apostolis, nec ex se ipso  
 habuisset. Ideo Anathema habendum, quicquid pseudapostoli uel apostolorū,  
 uel etiā Pauli nomine aliter docerent. Non enim posse eos, nisi ex homine acce-  
 ptum euangelium, uel potius errorē habere: se autē ex Christo ueritatē. Euan-  
 gelium & Lex proprie in hoc differunt, quod lex prædicat faciēda & omitten-  
 da, immo iam cōmissa & omissa, ac impossibilia fieri & omitti; ideo solā peccatū  
 ministræ

**Euāgelij &  
 lex differunt.**



ministrat cognitionem; Euangelium autem remissa peccata, & omnia impleta, factaq; Lex enim dicit; Redde quod debes. Euangelium autē: Dimittuntur tibi peccata tua. Sic Rho. iij. per legem cognitio peccati. Et. iij. Lex iram operat; Vbi em̄ non est lex, nec preuaricatio. At de euangelio dicit Lucæ ul. Sic oportuit Christum pati, & a mortuis resurgere, & prædicari in nomine eius (nota in signiter, in nomine eius, non nostro) pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Ecce prædicatio remissionis peccatorum per nomen Christi, hoc est, euangelium. Et Rho. x. Quam speciosi pedes euangelisantiū pacē, annūciantū bona. i. remissionem peccatorū, & gratiā, legis plenitudinē p Christum. Inde iustificatus per gratiā, a lege ad euangelium fugiens, dicit. Dimitte nobis debita nostra.

Sed cur Christus in euangelio multa præcipit & docet, si hoc legis officiū est? Itē & apostoli multa præcipiunt, cū tñ sint euāgelici p̄dicatores. Respondeo Doctrinæ eiusmodi, quæ ultra fidem traduntur (nam credentibus annunciat salus & remissio peccatorum in euāgelio: ut Ioan. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomine eius, quotquot eū receperūt) sunt uel interpretationes legis, quibus peccatū clarius cognosceretur, ut gratia tanto ardentius quæreretur, quanto peccatū certius sentiretur. Vel sunt remedia & obseruatōes quibus gratia iā accepta, & fides donata custodiretur, aleretur, perficereturq;: si cut sit, dū ægotus incipit curari. Igitur uox euangelij dulcis est, ut spōsa in Canticis; Sonat uox tua in auribus meis, uox em̄ tua dulcis, Et iterum; Meliora sunt ubera tua uino, fragrantia ungentis optimis: id est, uerba Christi, quibus pascit fideles suos, sunt meliora uerbis legis: quia spirant ungetum gratiæ, quo remissis peccatis, sanantur naturæ uulnera. Ita Psal. xliij. Diffusa est gratia in labijs tuis, non scientia, non cognitio, quæ & in Mosi labijs diffuse sunt; sed gratia, id est gratiosa & iucunda sunt uerba tua peccatoribus perditis, quia remissionē & gratiam nunciant. Hoc est, quod Psal. l. quocq; orat. Docebo (inquit) iniquos uias tuas, & impij ad te conuertent, ac si diceret; Obsecro, non doceam uias hominum, & doctrinas iustitiæ nostræ: quoniam: ijs nō ad te conuertentur, sed lōgus auertentur; labia mea quæso aperias tu, ut os meum tuam potius annūciet laudem, id est, gratiam qua peccata remittis. Ex hoc enim fiet, ut homo te laudet, glorificet, diligat, dum senserit beneficiū misericordiæ tuæ: & non seipsum laudarit in iustitia sua. Qui enim iusti sunt, non docentur, non ad te conuertunt non te laudāt, sed seipsos. sani sunt, medico non egent. Ideo nec annūcari potest eis laus gratiæ tuæ: de quibus mox ibidem; Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Non nostram hominum iustitiā, sed gratiā tuā, qua iustitiam nobis tribuis; per quā & deus salutis nostræ tu es. Quæsitum est autē, quod nam euangelium Paulus prædicarit, an Lucæ, Matthæi, aut alteri? Et b. Hiero. ex Eusebio uel Origene alicubi Lucæ euāgelium, Pauli putat. Quasi nō plura sint euangelia, q̄ quatuor ista usitata, cū quilibet apostolus, idē quod omnes, prædicarit. Euangelium enim est sermo bonus, nuncius pacis, de filio dei incarnato, passo, resuscitato per spiritum sanctū, in salutem nostram, ut Rhoma. j. describitur: & ut Zacharias, Lucæ. ij. dicit. Visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Et infra, ad dandam scientiam salutis, in remissionem peccatorum, per uiscera misericordiæ dei nostri. Igitur quandoq; prædicatur gratia dei, & remissio peccatorū, per Iesum Christum facta, hic uere euangelium prædicatur. Proinde epistolæ Pauli, Petri, Ioannis omnino sunt, & uere euangelia. Nec Paulus Lucæ, aut ullius euangelium prædicauit.

Cur Christus in euāg. multa præcipit, itē apostoli.

Id est, uerba  
iniquos  
admagis

Gratia.

Quod euāgelium Paulus prædicauit.

Euangelium



cauit: sicut hic expresse dicit: Euāgelium a se prädicatū, nec ab homine, nec per hominem, sed a solo Iesu Christo sibi reuelatum: sicut & infra: Reuelaret filium suum in me, ut euangelisarem illum in gentibus. Ecce euāgelium est doctrina de filio dei Iesu Christo.

Audistis enim conuersationem meam, aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in iudaismo, supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existēs, paternarū mearum traditionum.

Dissentit ab Hierony.

Hæc pro consequentia sententiæ, oportet intelligi dicta ab apostolo ad confirmandum id, quod iam cœpit: id est, euāgelium suū non ex homine esse, sed se diuina suadere: & si scio d. Hiero. alio respicere, & ordinē sententiæ relinquere.

Pulchra obseruatio pondusq; uerborum.

Igitur uult apostolus dicere: ut plenissime sciatis, me nec a maiorib⁹ meis, nec ab apostolis, aut ullis hominibus eruditum, sed a solo deo: ut sic diuina uos audivisse certi sitis, & non transferamini ad humana, ullis aut meo, aut apostolorū nominibus. Ecce denuo uobis recensio, & suggero historiam meam. Audistis enim &c. Mira autē (ut b. Hierony. ait) & pulchra obseruatio, pondusq; uerborum. Conuersationē, inquit, nō gratiā: aliquando, non modo: in iudaismo, nō in fide Christi: non ut ceteri persecutores, sed sicut grassator & prædo uastabat ecclesiam dei: non quod eam talē tunc crederet, sed talem nūc cognitā nominat. Et iterum, Proficiebā in iudaismo, non in fide Christianismi: super multos, nō super omnes (ut modestiam seruet) super coetaneos meos, non super senes: in genere meo, non in gentibus. Sic enim gentem hebræam solet nominare: ut. ij.

Consilium Pauli.

Corin. xj. periculis ex genere, periculis ex gentibus. Non tñ negarim, quin sē mul & obiter, dū ex historia sua probat se diuina docuisse, uelit & exemplo suo Galatas retrahere a lege, ut inter audiendum, simul moneantur, moueanturq;. Si talis ac tantus legis æmulator, qui multo potest amplius de lege gloriari, & in carne cōmendari, q̄ illi pseudapostoli (sicut facit. ij. Corin. xj. & Collo. iij.) & tamen hæc uelut stercorea arbitratus reliquit: quanto magis nos, qui in gratia sumus, ad legem non debemus reuertī? Hoc notādum, quod paternas traditiones, Hierony. intelligit, pharisaicas doctrinas, & mandata hominum: sed mea temeritate credo, quod totā legem Mosi intelligat: quod nō aliunde, q̄ ex ipso met Apostolo docebor: qui Philip. iij. dicit. Si quis uideatur confidere in carne, Ego magis circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, hebræus ex hebræis, secundum legem pharisæus, secundum æmulationem persequeb̄s ecclesiam dei, secūdū iustitiam, quæ est in lege, cōuersatus sine querela: sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta. (Ecce circūcisionem quoq; & iustitiam legis sine querela, propter Christum detrimenta arbitratur.) Et ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est

NOTA.

sed illam quæ ex fide est Iesu Christi. Quare traditiones paternas, legem uocat: quod in illa sit ab hominibus, patribus, ac maioribus suis eruditus, tñ quod patres sui illas a Mose acceperint, & filijs suis tradiderint, iuxta edictū Psal. lxxvij. Quanta mādauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis. omnia enim apostolus contentiose aptat, & opponit pseudapostolis, ut suum euāgelium, a deo esse statuat, ac sic Galatas firmiter in ipso stare cogat. Ideo & paternas traditiones, quadam uelut tapinosi, opponit Euangelio, quod diuinas traditiones uult haberi. Sed ne cuiquam scrupulum iniiciam, rem hanc Paulo tractemus latius, quo



quo simul & sequenter dicendis uiam paremus.

Lex non modo ceremonialis, uerum & moralis, deniq; ipse sacratissimus de-  
calogus æternorum præceptorū dei, litera est, & literalis traditio, neq; uiuificās,  
neq; iustificans: ut abunde probat beatus Augustinus, de spiritu & litera, sed oc-  
cidens, & peccatum faciens abundare. Quantūcūq; doceatur, aut obseruetur,  
non per hoc cor ipsum purificatur. Corde autē nō purificato, quid sunt opera bo-  
na, siue ceremonialia, siue moralia, nisi species ipsa pietatis & hypocrisis? Sicut  
Christus pharisæos foris speciosos, intus plenos spurcitia dicit. Quo fit, ut licet  
non faciat furtum, non adulteretur, extra in opere, tñ uel intus in eadem pron<sup>9</sup>  
est, uel amore commodi sui, uel timore pœnæ abstinere, ac sic alio peccato aliud  
uincit: ut beatus Augustinus dicit de nuptijs & concupiscentijs. Nā amor com-  
modi, & timor pœnæ uitia sunt, & quoddā genus idolatriæ: cū soli deo amor &  
timor debeat. Ab hac igitur impuritate cordis nihil nisi fides liberat, ut Actu-  
um. xv. Fide purificans corda eorū, ut sic stet uerbum Pauli Ti. i. Omnia mū-  
da mūdīs: imūdis uero & incredulis, nihil mūdū. Eadem regula, Rho. ij. dicit  
Qui doces non furandum, furaris &c. interprete beato Augustino, furaris scilicet  
et non opere, quod doces non faciendum, sed rea uoluntate. Quare nisi do-  
ctrina fidei, qua cor purificatur & iustificatur, reueletur, omnis omnium præce-  
ptorum eruditio, literalis & paterna traditio est. Præceptum enim docet quæ  
sunt facienda. Quæ cum fuerint impossibilia, doctrina fidei (id est euangelium)  
docet, quo modo fiant possibilis. Hæc enim docet ad gratiam dei confugere, &  
implorare ipsum deū, magistrum & doctorē. Qui digito sui spiritus scribat  
in corda nostra suas literas, uiuas, & lucētes, & ardentes. Quibus illuminati &  
accensi clamemus: Abba pater. Et hæc non est paterna, sed diuina eruditio.

Sola fides ab  
impuritate cor-  
dis liberat.

Auerte autem lector. Si apostolus tam speciosam iudaismi sui conuersatio-  
nem & iustitiam legis damnat, adeo ut stercora & detrimenta arbitretur: quid  
pretendent isti naturæ prædicatores, & moralium operum laudatores? Si mal<sup>9</sup>  
erat iste apostoli profectus, omni nimirū dictamine rationis, sed & ipsa lege dei  
probatus, quando & finis (ut uocant) suæ uitæ erat æmulatio dei, & legis eius:  
quid erunt actus illorum, qui uel alio fine, uel simili fine factantur? Nēpe id, qd  
Hiere. de eiusmodi prophetis dixit, Viderunt tibi uisiones stultas & eiectiones:  
nec aperuerunt tibi peccata tua, ut te ad pœnitentiā puouocarent. Itaq; timorē  
dei ab hominibus tollunt, securitatemq; docent, dū moralia sua bona, & dictan-  
te ratione opera, non esse peccata garrunt.

In naturæ præ-  
dicatores, &  
moralium ope-  
rum laudato-  
res.

Cum autem placuit ei ( qui me segregauit ex utero matris meæ, &  
uocauit per gratiam suam ) ut reuelaret filium suū in me, ut euangelisa-  
rem illum in gentibus.

Aliud ergo est, legem nosse, & in iustitia eius excelluisse: & aliud filium dei  
cognouisse, hoc enim salutē, illud perditionē operatur. Et uide qd gratia & syn-  
cerus cōfessor sit gratiæ diuinæ. Non ( inquit ) reuelatus est mihi filius dei, quia  
sic profeceram in iustitia paternæ legis, non meo merito: sed quia placuit deo  
ita fieri, cum ego longe meruissem contraria. Quod autem placuerit ei sine  
meritis meis, id conuincit, quod me in hanc sortem, antequam natus es-  
sem, segregarit: & in utero matris meæ me talem præpararit. Deinde & per  
gratiam uocarit: ut his omnibus intelligatis, quod fides & cognitio Christi,

Aliud est legē  
aliud filiū dei  
cognouisse.

LI iij nō ex



Non potest  
esse salus ex  
legibus.

non ex lege mihi uenerit, sed ex predestinante & uocante gratia dei. Quare nec uobis ex lege salus esse poterit. Alij uerbū, segregauit, eo referunt, quod Act. xij. dicitur. Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus &c. uerū coacte, cū uterum matris tum cogant intelligere allegoricos, synagogam. Prætereo quæ d. Hiero. hic tractat, satis scrupulose & scopulose. Mihi omnino uidetur de prædestinatione sui loqui, sed breuiter obscure, pro captu Galatarum. Sat habens, quod Iesum Christum filium dei simpliciter asseruerit, nō ex se, nec alijs, sed ex reuelante patre sibi cognitum, & a sese doctum & euangelifatū: ut sic diuina sese didicisse ex Paulo scirent, iam sequitur. & simplici narratiōi hist oriā addit, demonstraturus, non ex hominibus eruditū, aut humana docuisse.

Continuo non acquieui carni & sanguini.

Mire hic torquetur & torquet diuus Hieronymus: primum, ne apostolos carnem & sanguinem dici, & Porphyrio blasphemanti Paulinam fiduciam, cedere cogatur, per carnem & sanguinem Iudæos & peccatores intelligit, præsertim cum postea sese contulisse cū apostolis euangelium suum profiteatur, quod hic negat. (Nam idem uerbū, quod hic, Acquieui, infra translatum est, Contuli.) Sed mittamus ista; uideat qui uolet, Ego interim sic abūdo, quod Paulus ostensurus se ex deo reuelante docuisse Galatas: nō prius cōtulerit suā reuelationem cū ullo hominum, sed continuo accepta reuelatione, Christū prædicarit. Quemadmodum Act. ix. scribitur.

Sententia Lu  
therij.

Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot: & continuo ingressus synagogam, prædicabat Iesum. Continuo scilicet, nō prius conferēs cum eis. Vnde & hic eclipsis in Paulo uidetur, ut integer contextus sic habeatur: Cōtinuo prædicauit seu euangelisauit filium dei, nō contuli prius cum hominibus. Ut aduerbium, continuo, prorsus neget, sese ex hominibus eruditum esse; sed potius contra, homines continuo ex sese eruditos in Christo. Nam, ut dixi, contentiose apostolus agit, ut sese diuina docuisse probet. Hoc enim uelut capitali argumento probato, iam pronū erit, oīa destruere, quæ contra se tradita erāt Galatis. Est autē, teste Hiero. Cōferre, qd hoc loco acquieui dicitur, aliud quiddā, q̄ apud nos itelligit: cū scilicet ea q̄ nouim⁹ cōferim⁹ cū amico, ac uelut in sinū & cōscientiā eius reponimus: ut pari cōsilio, uel pbāda sint uel im/

Conferre.

probanda. Et quanq̄ interpret id uerbi non reddiderit, nō tñ penitus aberrauit a sensu. Qui em hoc modo cōfert cū amicis, certe iā animo acquiescit, & docitē sese præbet illis. At Paulus nec uoluit doceri, nec animū unquā habuit disputandi, recta ne essent an minus, quæ ex deo audierat, & iustissime. Impiū em fuerat diuinā reuelationē, ac si dubitaret, hominū consilio stabilire. Nihil ergo facit Porphyri⁹ criminator Pauli, superbiam in eo taxās: nō em p̄ superbiam, sed p̄ gloria diuinæ autoritatis & certissimæ ueritatis, noluit cōferre: sed nec potuit citra iniuriā autoritatis diuinæ. Quanq̄ & in hoc errat, quod Paulū putat hic de de aplis loq̄, cū de ijs loquat, q̄ in Damasco erāt: quicūq̄ tandē illi fuerūt. Nam de aplis statim dicit. Nec ueni ad antecessores meos aplos. Alij ergo sunt, quos carnē & sanguinē uocat. Et ut mihi uidetur, alludit more suo & hebræorum ad nomē Damascus, qd iuxta etymologiam, sanguinē & saccum significat, & nō raro in scripturis mysterium gerit carnis & sanguinis. q. d. Non contuli cum ijs, qui Damasci erant, qui caro sunt & sanguis.

Impiū est di  
uina hūano  
consilio stabi  
lire.

Paulus allu  
dit more suo  
ad nomē Da  
mascus.

Verūtamen hoc ipsū nō negarim, de sanctis dici. Nec aplos ipsos dubitē carnē & sanguinē appellare, etiā autoritate Christi, q̄ ad Petrū dixit: Caro & sanguis nō reuelauit



reuelauit tibi: id est, nec ex teipso, nec ex alijs id habes. Et alibi. Nō em̄ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri. In quo manifeste significat, eos esse aliud a spiritu, & spiritus reuelatione, nimirum in seipsis uere carnem & sanguinē

Placet ergo tempestiua hæc Tapinosis, qua in odium pseudapostolorū etiam sanctos dei, carnem & sanguinem appellat, præ maiestate diuinæ reuelationis. Quia si ceperint hominum quantumlibet sanctorū, uel uerba uel exempla aduersus diuinā factari: tēpus est, ut quicquid nō fuerit diuinū, cū fiducia carnē & sanguinem immo nihil ducamus.

ταπεινωσις.  
Humiliatio.

Nec ueni Hierusalem ad antecessores meos apostolos.

Non solum Damascenos non consului, sed nec apostolos, qui antē me fuerant in apostolatu, (id enim significat antecessores meos) quod tamen oportuerat fieri, si p̄ hominem, uel ab homine doceri uoluissē. Satis mihi fuit, certa & infallibilis reuelatio patris. Nota necessariā Pauli superbiā, uel rectius æquitatem. Ceteros apostolos priores fuisse se confitetur; nec sese maiore, nec tamē rursus minore. Quamquā em̄ iuxta personam omnibus sese inferiore, & minimum apostolorum pronunciet, immo nec dignum uocari apostolū, tñ officium & ministerium ita honorificat (hoc enim dei, non suum est) ut nulli prorsus apostolorum cedat. Nam quęcumq; sit persona apostolorum, officium certē idem & æquale est omnium: eundem Christum docent; eandē potestātē habent ab eodem æqualiter missi sunt. Et tñ dicit. ij. Corin. xj. Existimo me nihil minus fecisse a magnis apostolis. Et. xij. Nihil enim minus feci ab ijs qui supra modū sunt apostoli. Ecce mire præfert eos, & æquat se eisdem, dignitate humiliter ceteris, officio & potestate sidenter se conferens.

Necessaria  
Pauli supbia

Idē & æquale est officium apostolorū.

Sed abi in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.

Lucas Act. ix. non meminit huius in Arabiā secessus, sed omnino Paulū per murū submissum, uenisse Hierosolymam scribit. Inde d. Hierony. uarias ratiōes exquirat; ex quibus secundā sequor, quæ est, fuisse Paulum post baptismum aliquot diebus Damasci; ut Lucas scribit; in quibus Christū prædicat in synagoga. Deinde (quod Lucas tacuit) abiisse in Arabiam, & rediisse Damascum; ut hic dicit; tñ ea quæ prosequit Lucas, scilicet propter insidias, missum per murū in sporta, ac uenisse in Hierusalem.

Laborat itaq; d. Hiero. Cur Paulus hæc recitet, quæ Lucas tacuit. Mea temeritate puto, sicut omnia, ita & hoc referat, ad ostendendum quod nō uenerit ad apostolos, nec ab eis didicerit, quin potius fretus diuinā reuelatiōe, prius in Arabiā doctus abierit. Deinde & reuersus Damascū eadē docuerit; uidelicet, adeo certus de reuelatione Christi sibi facta. Nec em̄ ea doceret, diuersis etiā locis, si talia æstimaret, quæ cum apostolis uel hominibus conferenda essent. Quod autē d. Hiero. eū in Arabia frustra putat fuisse, & mysteria quædam sectatur, permitrendum est tanto uiro.

Opinio Lutherij.

Deinde post annos tres, ueni Hierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum quindecim diebus.

Obserua q̄ diligenter addat, post tres annos, & non audire, sed uidere Petrū. Quod em̄ annos tres Damasci se docuisse insinuat (scilicet donec p̄ murū coactus est abire) id certe contendit, se nō factū a Petro, sed iā diu euāgelistā fuisse qñ uenit ad Petrū, ut obstruat os pseudapostolorū, qui forte hoc argumēto Paulū a Petro doctū asseruerāt; per cuius exemplū Galatas ad legē seruādā sollicitarāt.

Verum



Hiero. in epi-  
stola ad Pau-  
linum. Verum d. Hiero. hoc loco geminam intelligentiam se professus sequi, & eā qua asseritur Paulus a Petro doctus, & eam, qua negatur. In Epistola tamen ad Paulinum, omnino declinat in sententiam priorem, uolēs doctorem gentium (ut suis utar uerbis) mysterio Ogdoadis & Hebdoadis instructum, Quod ideo cōmemoro, ut prudēs lector ita Hierony. intelligat, ne contra apostolum Paulum sapiat: qui hęc omnia eo spiritu detonat, ut conuincat fortissimis argumentis, se nihil ab Apostolis didicisse, sed a solo deo (ut iam satis dictum) omnia accepisse. Quod autem d. Hierony. in mysterio quindecim dierum, libenter & sapius ludit, non contēnendum est: sed hoc loco non mysterij tantum delectatione, sed rei & historiae necessitate quoq; positos esse a Paulo, omnino credendū est: forte ut ostenderet, fat temporis se cum Petro fuisse, si docēdi gratia uenisset uel contra, non discēdi gratia, sed uisendi tantum, tanq; hospitem apud eū māsisse. Quando ad discendum, longiore tempore opus fuisse.

Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini.

De diuisione  
Apostolorū. Ne dicerent, si non a Petro, saltē ab alijs Apostolis doctus es. Non uidit autē quia (ut Hierony. ait) erant toto orbe dispersi ad predicādū euangeliū: quod si uerum est, ubi subsistet fabula illa, qua dicitur de diuisione apostolorū, anno tertio decimo post resurrectionē Christi fuisse aplos diuisos? Cum hic Paulus post tres annos, aut certe post quatuor annos suae cōuersionis, iā dispersos inuenit, qui tñ anno eodē quo Stephanus coronatus est, uideri potest cōuersus esse. Sed alijs hęc otiosus relinquo. Hoc uide, quod Lucas Actū. ix. scribit, Paulū cū eū discipuli timuissent, a Barnaba ductum ad Apostolos, & cū illis egressum & ingressum &c. cum hic fateatur, se neminē Apostolorū uidisse nisi Petrū & Iacobum. Aut ergo Lucas, Apostolos pluraliter appellat Petrum & Iacobū: aut illud uerū est quod d. Hieronymus dicit, apostolorum nomine & multos alios cenferi, praesertim in Epistolis Pauli, ut qui ab apostolis primis ordinati fuerūt.

Eusebius de Iacobo minore fratre dñi.

De isto Iacobo qui usitate a uulgo, Iacobus minor uocat, dicit Eusebius lib. ii. Eccle. histo. ca. j. quod dictus sit frater domini, quia esset fili⁹ Ioseph, qui quasi pater Christi habebatur. Hoc beatus Hierony. lib. illust. uirorū recitat & disti-  
sentiens, dicit, Iacobus, ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore, ut autē mihi uideē. Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in euangelio suo meminit, filius &c. Ioannes enim ca. xix. dicit. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalena. Itē Marcus. xv. Inter quas erāt Maria Magdalena, & Maria Iacobi minoris, & Iose mater, & Salome Cui consentiēs Mathaeus. xxvij. Inter quas (inquit) erāt Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorū Zebadei. Ex qbus colligit, qd ea dē est Maria Iacobi & Maria Cleophae, ipsa scilicet soror uirginis Mariæ, dicta Cleophae a uiro, Iacobi autē a filio: quæ & ipsa mater est Simonis & Iudæ. Nā & Euseb. lib. iij. Eccle. dicit Cleophā fuisse fratē Ioseph, & exinde Simonē dictū consobrinū domini. Hoc autē clarissime uidetur Marcus. vj. dicere. Nonne hic est Iacobus, filius Mariæ, frater Iacobi, & Iose, & Iudæ, & Simonis? Proinde manifestus error est eorum, qui tertiam Mariam finxerunt, quam Mariam Salome uocant. Salome enim foemininum nomen est. Et quam Marcus Salome, hanc Mathaeus matrem filiorum Zebedæi appellat. Sed & non nisi duas Marias fuisse, scilicet Magdalena & Iacobi satis Mathaeus pbat, qui Mariā Iacobi, fere alterā Mariā solet appellare. Sed finē tēdij faciamus. Et hunc Iacobū fratrem

Error quod dñi  
dā tertiā Ma-  
riā fingentiū.



fratrem domini, id est fratrualem seu poti<sup>9</sup> consobrinum domini, intelligamus dictū aliorum ad Iacoborū differentiam. Plures enim Iacobos inter discipulos Christi fuisse omnes affirmant. Et licet beatus Hieronymus aduersus Helphidium, & hoc loco, dicat eū potius similitudine uirtutis & sapientiæ, q̄ carne fratrem domini dictum: Magis tñ placet, quod ex illustrib. uiris supra adductū est.

Plures Iacob/  
cobi.

Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, non mentior.

Iurat apostolus in re (ut apparet) tam leui, nempe ut uerum credant, eum uenisse Hierusalem, nemine apostolorū uidisse, & quæ alia cōmemorauit. qua necessitate? Anxi<sup>9</sup> est, & urgeri se sentit, apostolorū nomine & conuersatione, quibus pseudapostoli nitebantur. Ideo cum non habeat, quo firmet suam narrationem, iurat, & sancte accipit: ne scilicet diuinæ reuelationis autoritas, qua Galatas docuerat, apostolicæ & humanæ autoritatis pretextu & pompa minueret, in preiudicium & fidei & euangelij, iurat aut non tantū pro p̄dictis, sed & p̄ sequenter dicendis. Ita em̄ solent nimium solliciti, inter mediū sermonem iurare.

Aptus iuras.

Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ.

Quod Lucas Act. ix. sic: Loquebatur quoq̄ (scilicet in Hierusalē) gentibus, & disputabat cū Græcis: illi aut̄ querebant occidere eum. Quod cū cogouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum, quæ est Ciliciæ.

Ecce habes, quid gesserit per quindecim dies apud Petrū. Non didicit, sed docuit gentes (harum enim Apostolus futurus erat, uel iam erat.) Et cum Græcis disputabat, utiq̄ Iudeis: sicut & Stephanus ante eum, Actuum. vii. Quid ergo necesse est nos audire, quod in Syriam & Ciliciam uenerit? Nempe nusquā se se doctores Apostolos habuisse, sed doctorē ubiq̄ se fuisse probat: semp̄ huc spectēs, & arcum narrationis eo tendens, ut tādē robustissime feriat omnes, quib̄ ei contraria docebant & sapiebant. Quia diuina, nō humana ipse docuerit: Illi uero humana, non diuina.

Eram autē ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo Iesu tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequabatur nos aliquid quando, nunc euangelizat fidem, quā quondam expugnabat: & in me glorificabant deum.

Hoc scilicet uult, quod non solum a Petro, & ab alijs apostolis nō sit doctus, sed nec ab ullis alijs, qui in Iudæa Christiani erāt, & legem mixtū cū fide seruabant: immo quod maxime cōmendat Pauli doctrinam, cū ipse nec uisus eis fuisset, testimoniū tñ eorū habuit, quod fidē doceret (Hanc em̄ solā querit in tota epistola statuere.) Igitur iam autoritate omnium ecclesiarū sese recte docuisse demonstrat, qn̄ fidē predicās, ab illis ecclesijs laudatus est, & deus glorificat<sup>9</sup>, quā rū tamē exemplo pseudapostoli Galatas ad legē cogebant: manifeste probans quod non uere ecclesiarū Iudææ exemplum & autoritatē induxerint Galatis.

Glorificant illi deū, q̄ Paulus fidē prædicat, qui doluerūt prius, quod fidē expugnabat nihil de lege q̄rētes. Quid ergo legalibus iusticijs illi falso ap̄torū nomine Galatas tētās? Reliquū ergo est, quod legalia seruauerint ecclesiæ Iudææ, non salutis necessitati compulsi, sed libera charitate aliorū infirmitate seruiētes.

O utinā & n̄æ leges in eccl̄ia hodie simili prudētia & docerent & seruarent. Nunc uero ita regnāt, ut in his sal<sup>9</sup> cōstituta puteat, & fides p̄pe sit extincta. Paulus fidē

In mores nos  
stri seculi.



ius fidem facit dominam liberrimam omnium legum humanarum: Nos leges humanas facimus tyrannos fidei. Nec ipsas tamē proceres & magnates pili faciunt, non sine scandalorum uastissimo gurgite ecclesiam uorātes, & solos subditos tot oneribus importabilibus opprimentes, aut libertatem eorum Christianam, per hos pecuniarum laqueos captiuitam, denuo foedissime uendētes, dispēfantes, indulgētes.

## CAPITVLVM SECVNDVM.

**D**Einde post annos quatuordecim, iterum ascendī Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendī autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autē ijs qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuum currem, aut cucurrissem.

Postquam satis probauit, nullius hominis magisterio se apostolum factum, sed diuina reuelatione; nunc probat se eandem reuelationem tam certā firmāq; habuisse, ut nullos prorsus homines, etiam apostolos, sit ueritus habere iudicetum nullorum quoq; importunitati cesserit.

Quot annos Paulus prædicauerit, priusq; cū alijs cōferre uoluerit.

Primum (inquit) post annos quatuordecim, quibus si annos tres, quos supra memorauit, adiunxeris; iam decem & septem, aut decem & octo annos, eū prædicasse inuenies, antequam conferre uoluerit; ita ut impossibile uideatur, quod tot locis, tot populis prædicarat, potuisse reuocari. Ideoq; nō sua causa ascendit, quasi timuerit (ut Hierony. sentit) ne falsum per decem & septem annos prædicasset; sed ut ostenderet alijs, non in uacuum sese cucurrisse, approbātibus & cæteris apostolis suum cursum. Si enim dubitasset, uerum ne an falsum doceret, insignis & inaudita temeritatis ac impietatis fuerat, dilata necessaria collatione, tot populos ludere incerta doctrina. Secundo non ascendisset unquā, nisi reuelatione dei monitus non aliorum importunitate commotus; tantum abest, ut de doctrinae certitudine diffusus contulerit; nullam habens prorsus necessitatem ascendendi in hanc causam. Tertio, ad ipsam Hierosolymam, ubi erant principes tam synagoga, q̄ ecclesie, paratos cū omnibus cōferre; nec multitudinē Iudeorum, nec legis acerrimos æmulatores formidans. Quarto nō solus, sed cum Barnaba & Tito, diuerso genere; aptissimos testes; ne aliud egisse præfens, aliud absens agere crederetur; ut si quid pro Iudæis nimium faceret, Titus gentilis proderet; si rursus nimis pro gentibus, Barnabas Iudæus obstitere. Quare fiduciam eius uide, hos duos secum duxit, & utrūq; testē habuit. Deniq; cum utroq; sese offerens, manifestum facturus, quod cum Tito gētilem, cū Barnaba Iudæum esse liceret. Et sic euangelij libertatem in utroq; probaret, q̄d ei recum cidi licet, & tñ circumcidi non sit necessarium; ita & de tota lege sentēdum. Supra satis dictum est de uerbo Contuli & Acquiui. Et tropum hebræ

Currere in sacris literis.

um, uel scripturæ sacrae proprium nota, quod currere significet officium docēdi, seu uerbum dei nunciandi; sumptum a nuncijs, qui mittuntur & currunt.

Sic supra ex Hiere, dixi, Currebant, & non mittebam eos. Et Psal. cxlvij. Velociter currit sermo eius, & multa in sacris literis eiusmodi. Quo significat, oportere uerbi dei præcones esse prōptos, & fideles nuncios, ut magis currāt q̄ eant.

Ita & Isa, liij. Quam speciosi pedes euangelisantium &c. Et Ezech. j. Anima sua sua